

TENTAMEN PHILOSOPHICUM

Circa

CAUSSAS DIS-  
SENSUS

Atque

DIVERSITA-  
TIS SENTENTIARUM  
IN JUDICANDO

Occupatum,

Qvod

Adiuvante Ampliss. Facult. Philosophica  
in Acad. Reg. Absens.

Sub PRÆSIDIO

FIRI Celeberrimi

Mag. HENRICI HASSEL

Eloq. Prof. Reg. & Ord.

p. et Decani Max. spectabilis  
examini publico modeste doferit

ALUMNUS Regius

JACOBUS HAARTMAN Joh. Fil.

Ad diem 18. Aprilis 1741.  
loco horisqve solitis.

ABOÆ, exc. Joh. Klaepe, R. Ac. Typ.

*Reverendissimo in*

# DN. JONÆ

S.S. Theol. Doctori, Episcopo, Pro-  
Præsidi Eminentissimo,

*Rectori item*

# DN. ALGOTHO

Professori Hist. & Phil. Pract.

*Nec*

# PATRIBUS

*Singularum*

# DOCTORIBUS &

*In Regia*

*Summe Reverendis, Con-*

*Amplissimis,*

*has tenu-*

*In fidem obseqvii*

*submissie &*

*sacratas*

*Au-*

*Christo Patri*

# FAHLENIO

Cancellario atqve Conf. Eccles.  
Gravissimo;

*Magnifico*

## A. SCARIN

Reg. & Ord. Celeberrimo;

non

## ACADEMICIS

Facultatum

## PROFESSORIBUS


Academia Aboënsi  
sultissimis, Experientissimis;  
Celeberrimisqve  
es pagellas  
& animi devoti  
reverenter  
voluit  
Etor.

*et* et alium & eruditissimo splendore, morumque integritate ornatus summo  
Dn. JACOBO J. HAARTMAN  
Magni Parentis optimae indolis filio,  
Amico integerrimo,

**G**raea DEO res est, homini vix gratior ullus  
Tollerere quam caci semina diffidit.  
**Q**uid sit diffensus, quantum nos deprimat ille,  
Ornatae monstras. Auctor amande mibia  
Conciliis tenus vesana mente minaces,  
Numinis in laudem nobile verges opus.  
**S**ic credo, maturasque quacunque gradatim,  
Fructu compensant uberiore moramo.  
**A**st ego promeritos merito Tibi gratior beno-  
notes,  
Ut Tibi jucundo foenore canela cadant;  
Ac precor, ut Natura benedict bonoribus  
istis,  
Nominius ex crescas, Numine dante, nitar!

MATTH. HALLENIUS.

Fac. Th. Adj. & P. L. M. da.



### §. I.

**D**ico rem quacumque *intrinsicè determinatam*, quantum per essentiam & naturam sibi propriam has, non alias, proprietates, hæc, non alia, attributa habet aut habere potest: *extrinsicè*, quantum per statum quendam certum atque determinatum, hanc præcise, non aliam, mutationem; hanc, non aliam, ad res alias relationem subiisse presupponitur, & cujus ideo intuitu hæc, non alia, prædicata admittit aut admittere potest.

### § II.

**S**unt adeo determinationes, rem quacumque ingredientes, ratio

A

suffi-

**I**sufficiens & requisita veri & falsi; seu, ex iisdem intelligere datur, cur rei cuidam aliquid convenire aut disconvenire debeat. Quid igitur posita ratione sufficiente, ponitur quod per eam potius est quam non est; ea vero non posita, nec poni possit, quod per eam potius est, quam non est: facile patet, veritatem absolvi nexus necessario, eodemque genuino, cujuscunq; demum praedicationi cum statu & conditione sui subjecti. Consistit nimis nexus in dependentia unius ab altero; determinatione unius per alterum.

### §. III.

**Q**uando judicamus, rei cuidam aliquid convenire aut disconvenire afferimus; hec e. habemus aliquid pro vero aut falso. Ceterum rei nomine indigamus, quicquid demum existit aut existere potest, cuique adeo aliqua saltu in mente nostra respondere potest notio atque idea. Neque enim objectum cogitationum, judiciorumque nostro-

9

strorum, sunt res solum mere singulares & actu existentes; sed etiam universales, abstractæ & possibles quæcunque.

§. IV.

**D**intur autem *classe* *verum*, h. e. *genera* atque *species*, pro variatione & numero determinatum, præcipue intrinsecarum, quæ illas ingrediuntur, varia utique & maxime diversa; nec cuiquam eorum alterius prædicata propria, veritate salva, tribuere licet §. 1. Errat igitur, qui genuinum veri nexus haud percipit; & contra, qui errat, genuinum veri nexus non percipit. §. 2. Errare nimis dicimus, erroremque in iudicando committere, si verum fuerit, quod habemus pro falso; aut falsum contra, quod habemus pro verro; h. e. si rei non convenient, quæ eidem convenire; convenient autem, quæ eidem disconvenire opinamur. §. 3.

A 2

§. V.

4  
§. V.

**Q**Via igitur ex nostro minime ap-  
bitrio pendet verum aut falsum,  
sed in ipsa rei natura & indole fun-  
data esse debent, si vera sint no-  
stra judicia §. 1. 1. facile liquet,  
nisi requisita ad veritatem debita  
adfuerint & rei inesse cognoveri-  
mus, nos iudicia nostra deprope-  
rare, periculoque errandi nosmet  
exponere: contra autem, si nihil  
rei tribuamus aut ab ea renoveamus  
nisi quatenus requisita ad veritatem  
debita adesse cognoscimus, nos mi-  
nime tum errare posse. §. 4. 2.

## §. VI.

**Q**Visque ideæ atque notioni suæ,  
quam de re subjecta in mente  
sua reconditam habet, judicat con-  
venienter, saltem convenienter ju-  
dicare intendit; de rebus vero,  
quærum nullam omnino notionem  
atque ideam habemus, judicare non  
valemus. Experientiæ cuiusvis con-  
sentanea ita sunt, quæ diximus, ut  
plura circa hanc ipsam rem affer-  
re omnino sit supervacuum.

## §. VII.

## S. VII.

**C**eterum probe observandum, intelligere me heic *notionem* non solum *simplicem*, sed maxime etiam *complexam*. Qvod ut intelligatur, notandum, illam ex solis notis rerum essentialibus confici; hanc vero singula illa, qvæ nobis sive per experientiam sive mentis rationeum de re qualibet unquam considererint, absolvere; & ex pluribus adeo propositionibus aut judicijs præcedaneis particularibus esse conflatam. In ipso certe praxi & vita communi ex notionibus rerum complexis sèpius, qvam ex simplicibus, judicia institui attentus animadvertes. Ita e. g. ex actionibus quibuscunque hominum externis particularibus, quatenus certum quendam mentis statum referre videntur nobis, notionem communiter formatam nobis eorum complexam, in ipsam praxin vario deinde ac diverso modo incurrentem. Et eodem modo se res habet in ipsis artibus

ac disciplinis etiam vulgariter cognitis. Me vero non admonente sat intelligitur, quam caute omnino in judiciis, quæ ex notionibus ejusmodi complexis derivantur, sit incedendum, quamque facile in istis errori sit locus, nisi ad rationem determinantem ultimam fiat attentio, genuinumque veri nexionem obseruemus §. 5. Ceterum in dilucidationem horum uberiorem, sequentes duas adponere lubet propositiones.

### §. VIII.

**N**OPIO vel idea rei continet in se vel saltem præsupponit determinationes rem istam ingredientes. Notio enim vel idea nihil aliud est, quam representatio rei cujuscunque in mente nostra. Jam res quæcunque aliter representari nequit, quam per suas notas. Notæ autem rem quamcunque ingredientes, aut aliunde etiam super-accedentes, nil aliud sunt quam affectiones & proprietates rei ex ipsa

7

ipsa essentia aut statu ejusdem resultantes; quas adeo determinatio-  
nes illae rerum supra commemora-  
tæ, internæ vel externæ, consti-  
tuunt. Dilucide itaq; patet, illum qui  
notas istas ex ipsa essentia aut sta-  
tu rei resultantes sibi habuerit per-  
spectas, etiam harum respectu con-  
cipere debere ipsam rem tanquam  
determinatam. Notio igitur vel i-  
dea rei continet in se vel saltem  
præsupponit determinationes rem  
istam ingredientes.

### §. IX.

**N**E vero in malum sensum tra-  
hantur, quæ heic a nobis dicta  
sunt, porro observandum, deter-  
minationes istas distinde semper non  
agnosci a nobis, sed in idea & no-  
tione rei tantū delitescere. Nec sen-  
sus is est, ut in quacunq; notione o-  
mnes prosternit in medio; sed prout  
notio vel idea fuerit obscura vel clara,  
confusa vel distincta, completa vel  
incompleta; determinationes quo-  
que rei sistuntur intellectui nostro  
vel plures vel pauciores, vel con-  
fusa

**S**unt vel distincte. Dantur enim gradus perfectionis & imperfectionis idearum & notionum nostrarum. *Perfectae* nimirum dicuntur nobis illæ demum *ideæ* atque *notiones*, quibus mediantibus requisita ad veritatem debita sigillatim intellectui nostro coram sistuntur; quæque adeo usui nostro in cogitando, rebusque rite dignoscendis atque etiam sine errore dijudicandis inseruiunt: quales sunt *notiones rerum determinatae* non solum simplices, quibus ad huius genera, certasque species reducuntur res quælibet; sed etiam complexæ, in quibus status & conditio ipsius subjecti accurate, quantum satis est, designatur & exprimitur. §. 5. In contrario casu enim sunt & dicuntur nobis *imperfectæ*.

§. X.

**E**xperientia constat, ab ideis & notionibus complexis ad complexas alias continuum fieri mentis nostræ progressum. Et a nostri xvi

ut philosophis deprehensum est,  
 syllogismos & ratiocinia notionum  
 atque idearum successioni explican-  
 dae inservire; naturalemque adeo  
 & communem cogitandi modum  
 non differre a demonstrationibus  
 Geometrarum, seu quod prinde-  
 est, Geometras in suis demonstra-  
 tionibus & meditationibus eodem  
 ordine ab uno judicio ad alterum  
 progredi, quo plebs ipsa singulis  
 momentis naturali cagitandi modo  
 a perceptione praesenti ad subsequen-  
 tem progreditur, hac saltem diffe-  
 rentia, quod Geometrae & qui hos  
 imitantur in aliis disciplinis, versen-  
 tur circa veritates universales, plebs  
 potissimum circa singulares. vid.  
 Thütt. Instit. Psycho'. §. go.

§. XI.

**P**rincipium dicitur id, quod in se  
 continet rationem veritatis al-  
 terius; **principiatum**, quod rationem  
 sui in altero habet. In quocunque  
 igitur judicio a principiis ad prin-  
 cipiata continuus fit mentis nostræ  
 progressus. §. 6. / 10. §. XII.

## §. XIII.

**P**rincipiatum nihil in se continere debet, cuius non reddi potest ratio ex principiis §. v. Qvia igitur solum id, quod legitime a principiis fuerat illatum vel deductum, rationem sui in principio habet; non vero, quod illegitime: sola illatio vel consequentia legitima proprie loquendo principiatum erit respectu principiorum; consequenter, quae per illegitimum illationem prodeunt principiata, falsa sunt & spuria, nec recte ita dicuntur, aut jure dici possunt. Unde nec inter principia & principiata etiandi illegitime illata nexus datur, nisi spurius & falsus. §. 2. 15.

## §. XIII.

**H**oc itaq; posito, principiata ieqvuntur natura n principiorum. Neque enim ex falsis, legitime inferri poterunt vera, nec contra falsas ex veris. §. 12. Quod si igitur principiata fuerint falsa & erronea, principiata etiam erunt talia; si principiata

pia fuerint incerta nobis, inadæ-  
qvata & imperfecta, de principi-  
atis qvoqve idem valet. Vitium ni-  
mirum, qvod materiei inest, for-  
mæ etiam adhæreat necesse est.  
conf. §. 8. 9.

#### §. XIV.

**U**T qvis igitur genuinum veri ne-  
xum percipiat in judicando §. 4.  
2. cautela reqviritur tam qvoad prin-  
cipia, qvam qvoad principiata §.  
12. 13. Reqviritur nimirum, ut prin-  
cipia non solum adæqvata sint in se  
& certa nobis §. 13. 5. 9. sed prin-  
cipiata etiam legitime illata §. 12.

#### §. XV.

**P**rincipia & principiata inter se  
connectuntur. §. 11. 2. Judicium  
igitur absolvitur illo nexu, qvem  
inter subjectum & prædicatum con-  
cipit judicans §. 6. 8. Sic patet, qvo-  
modo æqvæ interpretationi sit stu-  
dendum, ne male cogitasse nobis  
perivadeamus eos, qvi non satis ac-  
curate locuti sunt. Ex serie enim  
& nexus rerum integro magis, qvam  
ex

ex verbis male fersan intellectis,  
sententiam aliorum dijudicare fas  
est. Multiplici namque experimen-  
to didicerunt eruditi, si a compi-  
latoribus discesseris, qui quæ non  
intelligunt proferunt, plerumq; bene  
cogitasse vel eos, in quorum ver-  
bis manifestus latet error, parum  
quippe comoda dictione exprimen-  
tes, quæ in idea, quam intueban-  
tur, continentur. vid. Volfi ont. §.  
269, not.

### §. XVI.

**E**NIMVERO quam sit difficile, ge-  
nuum semper assertorum ne-  
xum eruere & in lucem protrahere,  
agnoscat necesse est, qui ad ratio-  
nem judicii cuiusvis determinantem  
ultimam serio attendere velit. Hæc  
nimirū ut rite percipiatur, non suf-  
ficit semper principiata ad principia  
sua proxima reduxisse; in medium  
proferenda quoque erunt remotiora.

### §. XVII.

**Q**VIA enim notiones rerum comple-  
xæ, in instanti non generantur,  
sed

sed per varia ratiocinia mentis de-  
mū eliciuntur, & nū tiplici quasi pro-  
genie propagantur: evidenter intel-  
ligitur, qvam varia ac diversa sint,  
qvæ judicium a primis principiis  
longe remotum antecedant, idem qvæ  
ingrediantur. §. 7.

## XVIII.

**G**enuinum igitur veri & afferitorum  
nexum distinde percipit, qvi qvæ  
judicium qvodqve aut propositione-  
nem ingrediantur principia, qvæ-  
qve iisdem contineantur requisita  
ad veritatem, sigillatim intellectui  
sistendam; iisdem qve qvomodo ne-  
xu indissolubili cohæreant principi-  
ata, percipit; singulaqve adeo ad  
propositiones rite determinatas re-  
ducere potest. ut conditione rite  
sic expressa intelligatur, cur & qva-  
renus subjecto convenire aut discon-  
venire debeat prædicatum; qvo in  
casu verum sit vel falsum.

## §. XIX.

**Q**Vi genuinum veri nexus distin-  
cte sic percipit, errare non po-  
test

test. Statum enim & conditionem  
subjecti rite determinare novit, sub  
qua eidem convenire aut disconve-  
nire debeat prædicatum §. 18. ad-  
eoque nonnisi conditione præsente  
rei isti prædicatum tribuit. Conse-  
quenter cum nihil sic rei tribuat,  
nisi quatenus reqvisita ad veritatem  
debita adesse cognoverit §. 2. erra-  
re non potest §. 5.

## §. XX.

**V**ERUM si *nexus iſe confufe per-*  
*cipiatur*, reqvisita ad veritatem  
aut nulla, aut certe non omnia  
prostant in medio, unde convinci  
poterit qvis aut certus reddi de  
propositionis veritate; nec quo-  
modo iisdem cohærent principiata  
apparet. Judicium igitur suum de-  
properat, periculoque errandi se-  
met exponit, qvi sic judicat. §. 5.

## §. XXI.

**S**cientia alicuius rei instruclum dici-  
mus illum, qvi certis ac immo-  
tis principiis innixam habet suam  
de re qvacunque sententiam. Qvia  
igitur

igitur certis ac immotis utitur principiis, requisita ad veritatem debita iisdem inesse intelligit §. 13. 9.  
 Qvia autem iisdem ipsis innititur ejus de re ista sententia, principiatum nexu indissolubili iisdem cohæret §. 12,  
 rationen que suæ veritatis inde rru-  
 tuatur §. 13. Qvare cum nexus  
 veri genuinum distinet sic percipi-  
 piat §. 14. 18. errare minime potest.  
 §. 19.

### §. XXII.

**N**emo omnium rerum scientificarum  
 habet cognitionem. Ut quis sci-  
 entia polleat, genuinumque adeo  
 veri nexus percipiat distinet §. 21.  
 opus est *intellexu*, præterim sy-  
 stematico; & facultate nexus ve-  
 ritatum, præcipue universalium,  
 perspiciendi, quæ *ratio communiter*  
*dici solet*. At intellectus hu-  
 manus valde est limitatus, tum  
 quæ objecta, tum quæ modum per-  
 cipiendi; nec ratio alias res ad-  
 seqvitur, quam quæ sub sphæram  
 intellectus & ingenii humani cadunt;

Nemo

Nemo igitur in omnibus scientia pollere aut pollere potest. Immo paucissima esse, quae scientia comprehendimus, fateri necessum habent, qui maximos etiam progressus in ea fecerunt.

### §. XXIII.

**M**undus igitur ut plurimum regitur *opinionibus*; nec ullum in omnibus agnoscimus philosophū, prater DEum.

### §. XXIV.

**O**piniones infinitis modis variare possunt, tum pro diversa ratione principiorum, quibus innituntur; tum pro diversa ratione combinationis & applicationis eorumdem. Res in confessō est apud omnes, & assensum cuique sua experientia facile extorquabit. Principiorum nimirum loco sunt perceptiones illæ infinitæ multitudinis, quæ in animæ latifundio latent, quæque influxum etiam habent in actiones nostras nobis vel maxime nihil sentientibus. vid. §.

17. sic enim cum se habeant principia, facile intelligitur, quomodo se habere debeant principiata; licet nempe verbis interdum consentire videantur, diversi tamen quid ex principiis trahunt §. 6. ut jam tacitam rationis vim, qua principiata ex principiis deducuntur, quæque apud diversos diversa est. At plenus haec ipsa ex Psychologiz penetralibus cognosci & edoceri poterunt. Nos his jam subsistimus, traditaque hactenus ad materiam praesentem applicabimus.

### §. XXV.

*J*udicia dicuntur nobis materialiter diversa, si aut diversam planitatem, diversumve unius ejusdemque rei respectum & statum referunt & pro objecto habent; aut unici etiam eidemque rei praedicata tribuuntur materialiter diversa.

### §. XXVI.

*F*ormaliter autem diversa nobis dicuntur iudicia, quæ non tam quoad materiam, quam quoad formam

mam h. e. quantitate vel qualitate differunt. Dicitur etiam diversitas ista *aiffensus*; ut ad o. *differire*, dicuntur, quorum judicia formaliter differunt.

### §. XXVII.

**I**N dilucidationem horum uberiorum notasse juvat atque oportet, iuam tam subj. &c., quam praedicto, in quocunq; judicio respondere debet re notionem atque ideam, nisi sine mente sonos proferra velimus, quae & ipsæ materialia judicii constituunt, atque pro diversitate rei substratum variæ sunt. Notiones has conjungimus in judiciis affirmativis, disjungimus in negativis, quae quidem id earum conjunctio vel separatio qualitatem judicij absolvit; quemadmodum aliquid analogon quantitatis continet universalitas & particularitas in judiciis, eademque vel major vel minor. Qualitas autem & quantitas formam judiciorum constituunt. Sic patet, quid sint *predicata* & *judicia materialiter aut formaliter diversa*.

### §. XXVIII.

193

§. XXVIII.

Consentire autem possumus verbis,  
qui dissentient quoad ipsam rem  
& dissentire aliquando verbis, qui  
re ipsa conveniuntur. In priori causa  
*dissensus adest realis;* in posteriori  
tummodo *verbatis;* illic vere ad st,  
hic tantum apparentur. Dicitur eto-  
iam verbalis *dissensus proprio no-*  
*minc logomachia.*

§. XXIX.

Inductione facta ad exempla singu-  
laria liquet, in dissensu verbali seu  
logomachia iisdem verbis, aut di-  
versas omnino res, aut diversa tan-  
tum praedicata significari e. go-  
mundus est optimus, mundus non  
est optimus; Petrus acumine judicii  
pollet, Petrus acumine judicij non  
pollet, Iudicia igitur eo in casu  
materialiter tantum differunt, licet  
vel maxime pro forma hinc diversis  
habeantur §. 15.

§. XXX.

Res dicitur *etdem,* quatenus &  
quamdiu per eandem agnoscitur  
negare.

notionem atque ideam; diversa  
quatenus per diversam; adeoque  
ipsum, in priori casu eadem; in  
posteriori diversæ ingrediuntur de-  
terminationes §. 8 Una igitur ea-  
demque res prædicata formaliter  
diversa sustinere non potest æquali-  
ter fundata in ipsa re §. 4 2. Con-  
sequenter nec judicia formaliter  
diversa, veritate salva, simul & se-  
meli subsistere possunt. §. 26. 27.

§. XXXI.

**E**NIMVERO cum diversæ rei diversa  
sint prædicata §. 4; uni vero ci-  
demq; rei plures etiam proprietates  
& affectiones, adeoque etiam prædi-  
cata plura materialiter diversa con-  
veniant §. 14 facile liquet, judicia  
materialiter diversa, ceteris pari-  
bus, salva veritate, simul & semel  
subsistere poss. §. 25.

§. XXXII.

**S**I dissensus adfuerit realis, judicia  
existunt formaliter diversa §. 6 28.  
Quia v. ipsa, salva veritate, si-  
mul subsistere nequeunt §. 30 alter-  
uter

uter dissentientium errat, erroremque in judicando committit; consequenter nec genuinum veri nexus percipit §. 4.

### XXXIII.

**S**i dissensus adfuerit verbalis, judicia materialiter tantum diversa, habentur pro formaliter diversis §. 29. Ad eoque salva veritate, si et rafint paria, simul & item subliste. re possunt §. 31. Enimvero cum sic etiam error committatur in interpretando, eodem modo patet, nexus assertorum genuinum haud percipi §. 15. rite, quod alterius dissentientium aut intentem suam distincte non expresserit verbis, aut distincte ab altero satis expressam non intelligat & adsequatur.

### §. XXXIV.

**E**N igitur iam causam dissensus atque diversitatis judiciorum formalis, eandemque primariam & maxime fundamentalem, quod genuinum peri assertorum nexus haud percipiant, aut ipsi qui judicant, aut qui

qui sensum aliorum indagare volunt in-  
serpentes §. 32. 33.

De diversitate judiciorum for-  
mali præcipue res est nobis. Nam  
quod ad materialem §. 25. attinet,  
ipsa tota, quanta est, a statu re-  
rum diverso externo pendet; qua de-  
re infra §. 40.

### §. XXXV.

**V**T quis genuinum veri nexum  
distincte percipiat, atque sic ab  
erroris periculo immunis reddatur  
§. 19. Scientia opus est §. 21. Quia  
vero nemo ex mortalibus omnium,  
paucissimi vero aliquatum etiam re-  
rum scientificam cognitionem ha-  
bent §. 22. facile liquet, quo ju-  
re nos causæ nuper allatae pro-  
ximæ aliata jungamus remotam,  
et que sociam; quod certitudini o-  
mnimoda frense non litent homines, sed  
certa cum incertis confundendo, opinio-  
nibus & præjudiciis suis euci se atque  
determinari patiantur. §. 23. 24.

### §. XXXVI.

**E**T certe qui vim ingenii humani;  
miram illam quidem atque procul  
stupendam

29

stupēdam penitus inspexerit, deprehendet ipsam, rationis modera-  
mine non sufficiam, Sphingis in-  
star, variis atque infinitis transfor-  
mari modis, nec errorum aut opi-  
nionum ullum esse finem aut mo-  
dum, ubi eidem fræna laxaveris.  
Hinc certe est, quod sua jam ætate  
conquestus sit Cicero, nescire se  
quoniam odonihil tam absurdum dici  
potuerit, quod non dictum sit ab  
aliquo philosophorum. Nec olim  
ita fuit solum, eandem fabulam ho-  
die etiam agi videoas: scutarum for-  
te plerarum que semina quisque re-  
condita habet in se, non aliis mo-  
do, sed sibimet ipsi quoque inter-  
dum impervia & recondita; nec a-  
liquid tam absurdum dici potuit o-  
lim antiquis temporibus, quo non  
absurdius quid interdum dici possit  
nostra ætate.

### S. XXXVII.

**S**Oli proinde Mathematici intra  
arcos admodum veri cancellos  
ita se continuere, ut mirum videri  
pote-

poterit, quomodo a communi seculi labore ac vitio immunes persistent. Hi enim certis ac per se evidentibus principiis inhærendo, iisdemque propositiones rite determinatas legitimeque deductas superstruendo, summum demonstrandi rigorem ubique sectati sunt. Eo autem ipso & naturalem cogitandi facultatem ad id fastigium evenerunt, & suam disciplinam in ea collocarunt luce, unde neque illam præsens seculi genius, neque hanc fata temporum iniqvi mox insecura deturbare aut d. trudere poterant.

### §. XXXVII.

**H**E ita in genere §. 34-37. dixisse iustificat; quod si autem ad specialia descendere volupe fuerit, infinitus ferre causarum numerus atque congeries se nobis offert. Quanquam enim quoad notiones rerum particularium discrepent a se invicem homines §. 24. & 40; tamen quoad notiones rerum universales & abstractas convenire in-

ter se, dissensumque adeo in iudicando facile evitare possent, si modo attentionem adhucrēt debitanū in rebus contemplandis, atque legitimō modo ratiocinia sua inde deducēt. §. 28. 37. Igitur cui pauci admodum intellectu systematico pollant, veritatemque adeo quamcunque in genuino suo nexu percipiendi facultatem habeant, paucis hic dispiciendum erit. Dabimus nos sequentes rationes, quae nervum rei proxime tangunt. 1. Observatum jam fuit eruditis, naturalem cogitandi modum ad scientiam ducere. §. 29. Quod si quis igitur eodem recte utatur, eo etiam ipso intellectum sibi systematicum comparat, facultatemque adeo, & habitum quoque propositionem quamcunq; in genuino suo nexu percipiendi acquirit; exercitio namque & actuua similiūm iteratione frequenti habitus comparatur. Naturali igitur cogitandi modo neglecto, prolabimur in præternaturali; Logicamque artificia-

atene quandam comparamus nobis  
peruersam. Huc pertinet 2. facultatis  
cognoscitivae inferioris in superiorem via-  
m ad dominium. 3. Neglectus principij ra-  
tionis sufficientie, cum dissidia & incer-  
tia in concipiendis animo rerum demon-  
strationibus conjunctus. Quemadmo-  
dum enim regula virtutis esse debet,  
nihil agere sine ratione sufficiente;  
ita in cogitando, hoc ipso neglecto,  
in prejudicia incidimus veritati & sci-  
entiae inimica admodum & noxis. 4.  
Rationibus extrinsecis, neglectis sic in-  
trinsecis, duci se atque determinare  
pariuntur homines, non in agendo  
solum, sed & in cogitando: ut si  
igitur intellectus noster a voluntate pen-  
dulus, animusque affectibus praepeditus  
seddatur.

### §. XXXIX.

**C**aussis & rationibus supradictis tan-  
dem & addimus constitutionem &  
dispositionem corporis malam & vice versa.  
Nam corpore agro, parum pro-  
ficit mentis emendatio, cum mens  
ab agro suo habitaculo impediatur,  
quo minus functiones suas ad finem

propositum rite perducere valeat. Pertinent huc quoque 6. res Medicis dictae non naturales; ut sunt aer, cibus, potus, clima, &c. pariter ac civiles; educatio, conversatio &c. & quæcunque deum aut corpori mutationem quandam inducendi, aut animus clam fingendi & turbandi vim atque potentiam habent.

#### §. XL.

**E**X iis, quæ dicta sunt, cuivis jam primo statim intuitu constare poterit, rationem tandem diversitatis judiciorum ultimam ex ipso animæ essentia atque natura esse deducendam, quatenus finita est & limitata, prætereaque corpori unita, & diversis adeo circumstantiis externis exposta, cuique homini in individuo discrepantibus, quantum diversimoda determinatione status hominum externus, ac proinde etiam internus, in singulis hominibus redditur diversus & maxime a se invicem discrepans. Ex hoc ipso enim statu hominum diverso admodum & variabili, abunde satia

tis intelligitur, quomodo diversæ hinc apud diversos existant rerum diversarum notiones; & cur hoc potius modo, quam alio, in hoc vel illo homine, exserat se diversitas illa opiniorum & judiciorum. At statum istum determinare, & sic diversitatis rationem in casu quo eunqve singulari explicare, & ex insimis quasi penetralibus crux, Divinum quid est & supra vires humanas possum. Animæ enim naturam absqve totius universi natura sufficienter cognosci non posse, jam olim dixerat Plato.

